



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De sapiente sine operibus. tit. 272

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

600 SVMMA DOCTR. CHRIST,  
ret, non perstisset haec tenus. Agnoscamus leonem se-  
uientem publice, & draconem occulte insidiantem;  
at Christus pendens in cruce, serpens ille nos liberat,  
Ioan. 3.

D E S APIENT E SIN E  
operibus.

TITVLVS CCLXXII.



PIRITVS SANCTVS qui reuelavit  
patribus aduentum Antichristi in noui  
ssimis diebus, hic quoque reuelavit mo-  
res & conditiones hominum, quæ illis  
contingent temporibus, id est, sub præ-  
cursoribus hæreticis & mixtis Antichristis, & primū  
erit, quod sapientia erit sine operibus i. multi mul-  
ta prædicabunt, de Euangeliō, fide, charitate, iustifi-  
catione, &c. nemo tamen faciet secundum Euangeli-  
um, aut ita viuet, sicut decet, maxime prædicatorēs.  
Nam Christus incepit facere & docere, Actorum 1. At  
Antichristus multa docebit, replebit mundum prædi-  
catoribus, sed nemo faciet. Verbis confitebuntur  
Christum sed factis negabunt, Tit. 1. Sic erunt concio-  
natores efflati, voluptatuni amatores, habentes spe-  
ciem pietatis, virtutē autē eius abnegantes 2. Tim. 3.  
Secundo, auditores tunc dicta facere contemnent,  
eo quod videbunt opera prædicatorum & vitam à  
verbis discrepare. Nam nunquam erit efficax autho-  
ritas prædicantis, nisi eam effectu operis, cordi infixe  
rit audientis, Medicus, qui sibi non consulit statim  
eius medicina parui penditur, Ideo inquit Christus  
Matthæi 5. si sal euauerit, in quo salietur, id est, si do-  
ctor aut concionator errauerit, à quo populus emen-  
dabitur? Si oculus à videndi officio desciuerit, quis  
à manu vel pede, aut reliquo corpore lumen exigeret?  
si pastor errat, oues ubi manebunt: Disciplina igitur  
acmores populi ostendunt, qualis sit eorum pastor &  
doctor, &c.

Tertio,



TITVLVS CCLXXII. 601

Tertiò, cogitent ergo Doctores, nè ampliori vindicta se submittant, si plurimis perditionis occasione p̄fūt̄t̄r̄nt̄. Nam & ipse Salomon, dum esset multat̄ sapientia & tamen transgressionem incūrseret 3. Reg. ii. totius Israëlitici regni dispersionem solo suo peccato p̄fūt̄t̄. Nam quibus committuntur multata, maiora perdunt, si non recte dispensauerint rectoris sui munera, quæ percepérunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur, & seruus, qui voluntatem Domini intelligit, & nō facit, arctioribus flagellis subiacebit, Lūc 12. & sanguis damnatarum ouium ab eo exigitur, Ezech 3.

Quartò, illud autem sequitur, vbi sine opere sonant verba concionatoris, talis doctrina quoquè erit sine charitate, & sic erit sapientia sine charitate doctrinæ, quam rejicit Apostolus, 1. Corin. 13. si habuero omnem scientiam, non autem charitatem: scientia enim iustificat, charitas autem ædificat. Ideò inquit Ger son: ego libera voce profiteor, doctrinas illas ceteris omnibus preferendas esse, quæ de propiori ædificant charitatem. Qui ergo sic docet ut inuidiam exciterit, & non ut charitatem plantet, sicut est omnis hæreticorum doctrina, ille grauissimè peccat, & se & auditores ad damnationē ducit. Ideò 1. Cor. 8. dicit Apostolus: si q̄s existimat̄ se aliqd scire, s, sine charitate, nondum cognouit, quemadmodum eum oporteat scire: vbi distinguit inter scientiam cum charitate, & eam quæ est sine charitate, una ædificat, altera destruit: vna gatidet impugnare, altera cōcordare, Ideò inquit Apostolus Tit. 2. Tu loquere quæ sanam decent doctrinam &cæ. Docet iam dies, qua forma doctrina Euangelica ad discordiam seminatur &cæ.

D E S E R M O N E I N -  
fructuoso.

TITVLVS CCLXXIII.

Apostolus